HINCMARUS REMENSIS. BEDA VENERABILIS. WALAFRIDUS STRABO. ISO SANGALLENSIS. BEDA VENERABILIS. HERMANNUS CONTRACTUS. HIERONYMUS

Mitte 12. Jh. Seite 39v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36571
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



siui ceto puerieus. collata sibi loquendi facultate ibidem notossimos cum gaudio alloquitur. Quem ut ipsi loquenti suisque interrogationibus respondentem audierunt in minima admiratione pmoti. hoc miraculum ceteris indicando celeriter diuulgarunt. Tum uero ex eodem loci incolis plurimos utrique sexus in unum conuenerunt. et ob concessam muto loquelam obstupescerent. ipsumque in illorum medio positum quomodo sibi contigerit et ubi et quando lingua eius soluta fuerit cernerent enarrare. Sequenti autem die. clericus quidam ex eodem loco illum assumens ad monasterium reduxit. et huius rei ueritatem nobis per ordinem

Eodem anno uir quidam cuius indicauit aurelianensium puerum omnibus penes membrorum iuncturis contractum atque globatum. pie deuotionis intuitu. paruo uehiculo imposuit. modo trahendo. modo coram se impellendo. tum etiam per prius humeribus gestando. romam petiit. paucis dierum circulis ibidem exactis. inde reuertatur. atque ut eius ortum didicimus. alamannia petiit. et sancti galli monasterium adiit. nocte in uisione admonuit. cum ille uisioni annuere desideraret. laboriosos satis conatu iuga alpium superans. et quadam die imminente iam uespera diu desideratum lassus ingreditur monasterium. Qui etiam ipso in tempore. quot molestias. qt uel incomodum pertulerit. testis fuerit humeri. uectabulum eiusdem uehiculi. adeo contritos esse comperimus. ut multa nrorum calloses in eis duratos perspicerent. In primo quoque basilicae ingressu ad corpus beati othmari puerulus. puer ipse tendentibus sese compagum retinaculis uehiculo decidens in pauimentum puoluitur. et uocibus horrendis tota ecclesia complens numio se dolore urgeri insolito clamoris strepitu prestatur. Senior autem nr grimaldus his diebus in monasterio positus. cum ipsa hora per foris basilicae infra claustra consisteret. audito huiusmodi strepitu. salomone episcopum una cum augustensis cenobii abbate qui ipso die ibidem forte conuenerat secum assumens ecclesiam intrat causaque